Sit omnibus notum Quod Ego Sibilia uxor venerabilis Raymundi de blanis quondam militis olim maioris domus Serenissimi domini Martini alte recordacionis Regis Aragonum tenens et possidens hereditatem et bona que fuerunt dicti quondam viri mei pro dote et sponsalicio ac aliis Juribus meis que habeo et habere debeo In et super ipsis hereditate et bonis Juxta scriptam et antiquam consuetudinem Barchinone ac constitucionem Cathalonie generalem primam editam ac etiam domina et potens et usufructuaria toto tempore vite mee me tamen vivente casta et sine viro omnium et singulorum bonorum et Jurium que fuerunt dicti quondam viri mei ex legato Inde michi facto per eundem quondam virum meum In eius ultimo testamento quod factum fuit et ordinatum In posse discreti ffrancisci fusteri notarii publici Barchinone Septima die mensis Junii anno a nativitate domini Millesimo · Quadringentesimo · decimo et clausum per Geraldum basseti auctoritate Regia notarium publicum Barchinone vice et rogatu dicti ffrancisci fusteri Infirmantis Confiteor et recognosco vobis Anthonio arn de villa Granullariorum clavario hoc anno dicte ville presenti Quod dedistis et solvistis michi dictis nominibus recipienti · omnes illas · Triginta quatuor libras Septem solidos et Sex denarios monete barchinone de terno que michi dictis nominibus solvi debuissent Quintadecima die mensis decembris proxime lapsi racione censualis mortui consimilis precii quantitatis quod universitas et singulares dicte ville dicto quondam viro meo faciebant et prestabant et nunc michi dictis nominibus faciunt et prestant et facere et prestare tenentur quolibet anno In dicto termino sive die · Et ideo renunciando excepcioni pecunie non numerate et non solute et doli · In testimonium premissorum presentem vobis facio apocham de soluto · Actum est hoc Barchinone Quinta die mensis Januarii Anno a nativitate domini Millesimo · Quadringentesimo · Vicesimo · Sig+num Sibilie predicte Que hec nominibus predictis laudo et firmo :—

· Testes huius rei sunt · Ugarius cardona curritor auris Bartholomeus laurencii sartor et Johannes carreres scriptor cives Barchinone :—

Sig+num bernardi nathalis notarii publici barchinone · Qui hoc scribi fecit et clausit :—

p. cc.

Sibil·la, vídua de Ramon de Blanes, majordom del rei d'Aragó Martí I l'Humà, reconeix haver [...], 5/1/1420, p. 1
Col·lecció de pergamins / Arxiu Municipal de Granollers